



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 529. Quis modus, seu quæ forma & solennitates observanda in actuali degradatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

Potest. de sent. & re judic. cognitio verò fieri debet à Metropolitanò convenientibus Episcopis totius provincie, quos ad minimum esse debere 12. præter Metropolitanum astruunt Abb. in cit. c. non potest. Avil. p. 4. de univ. du. 4. concl. 2. Henriq. L. 13. c. 55. n. 2. Castrop. l. c. n. 7. Sic quoque in religiosos exemptos nullum alium quàm Pontificem ferre posse sententiam degradationis, nisi fortè ex consuetudine vel privilegio id comperat eorum Prælato regulati, ut cum Nav. L. 15. consilior. conf. 58. de reg. n. 3. Castrop. l. c. quale privilegium tamen si neget Avila, se invenisse in compend. privileg. Minorum, Castrop. tamen affirmat, posse ad hunc casum extendi privilegium, quod habetur in compend. privileg. Societatis Jesu, v. Prælati. §. 3. nimirum Præpositos & Rectores circa religiosos suos quò ad facultatem absolvendi & dispensandi in irregularitatibus posse, quod possunt Episcopi in Clericos & laicos sibi subjectos.

2. Resp. Secundò: Sententiam degradationis verbalis ferre posse Episcopum proprium confirmatum, etiam non consecratum (quia non est actus Ordinis, sed jurisdictionis) in Clericos sibi subjectos uti & ex ejus delegatione Sacerdotem simplicem, tradunt Suar. cit. d. 30. s. 1. n. 18. Bonac. c. 1. d. 4. de cens. p. univ. n. 10. & 11. Laym. l. c. num. 2. Cón. d. 16. n. 6. Avil. l. c. §. secundò sequitur. Castrop. cit. n. 7. unde à potiore id poterit capitulum sede vacante, utpote succedente Episcopo in jurisdictione per vicarium suum à se electum, Castrop. Avil. ll. cit. Wiestn. h. e. n. 78. Reiffent. n. 39. cum communi, contrarium docente Abb. in c. at si Clerici. Imola in c. transmissam de elect. Sarmiento & aliis sententibus, hanc degradationis sententiam spectare ad Episcopum consecratum. Porro ad hanc, uti & ad degradationem realem requiruntur plures personæ aliæ præter Episcopum proprium aut vicarium generalem illius vel capituli ab eo specialiter deputatum condemnationi seu degradationi præsentis. In degradatione clerici in Minoribus constituti aliqui de clero capitulum representantes, alioquin sententia erit nulla, c. penult. 15. q. 7. c. 1. de excess. Prælat. nisi aliud consuetudine inductum, ut Suar. l. c. n. 19. Laym. l. c. n. 4. cum gl. communiter recepta in c. 2. de penis. in 6. v. presentia. In degradatione clerici in Sacris constituti plures alii Episcopi requiruntur, tres in degradatione Diaconi vel Subdiaconi, in degradatione Presbyteri sex, ut Bonac. l. c. n. 12. Cóninch. l. c. num. 8. Clar. præf. crim. L. 5. q. 74. Castrop. l. c. num. 8. juxta can. felix. can. si autem. 15. q. 7. juncto c. 1. de hæret. in 6. quæ tamen hodie quò ad degradationem constitutorum in Sacris murata sunt per Trid. Sess. 13. c. 4. de reform. ita ut loco Episcoporum, non tantum pro crimine hæresis, sed & generaliter pro aliis criminibus præter proprium sufficienter totidem Abbates usum mitræ & baculi habentes, & ubi hi commodè haberi non possunt, Prælati alii seu in dignitate ecclesiastica constituti, vel personæ graves consilio & scientiâ juris commendabiles, ut Suar. l. c. n. 20. Barb. de off. & potest. episc. alleg. 110. n. 26. Castrop. cit. n. 8. Wiestn. h. e. n. 79. Reiffent. num. 41. Et hæc quò ad degradationem Episcopo inferiorum, de Episcopis siquidem degradandis quò ad ea, quæ jure antiquo statuta, Trid. nihil immutavit, ut Cón. l. c. n. 9. Castrop. l. c. De cætero dicti suffragatores seu assessores Episcopi proprii, siue sint Episcopi, siue Abbates aliive, in hac degradatione non habent vorum tantum consultativum, sed & decisivum, eò quòd jure antiquo Episco-

pi illi assistentes erant quò ad causæ cognitionem & sententiæ prolationem simul Judices seu conjudices, ut colligitur ex c. 3. de sent. & re judic. & ibi gl. & c. fin. 15. q. 7. in quo modo assistendi Trid. nihil immutavit, ut docent Suar. de cens. d. 30. s. 1. n. 20. Barb. 3. p. de potest. Episc. alleg. 120. n. 20. Cón. l. c. n. 8. Avil. l. c. du. 5. in fine. Henriq. l. c. n. 2. quos citat & sequitur Castrop. l. c. qui etiam cum Abb. in c. non potest. n. 16. & Felin. ibid. num. 16. Bonac. d. 4. p. univ. n. 14. aliisque ab eo relatis ait: non posse procedi ad degradationem Sacerdotis (idem est de Diacono) nisi hi Assessores cum Episcopo consentiant, juxta c. non potest. dam interim in degradatione Clericorum in minoribus constitutorum consensus horum assistentium unanimis, aut etiam majoris numeri non requiratur.

3. Resp. tertio: degradationis realis seu actualis, quæ etiam à Trid. vocatur solennis, minister proprius est Episcopus consecratus, ita ut à proprio etiam non consecrato fieri nequeat, cum videatur esse Ordinis episcopalis, Barb. l. c. n. 110. n. 24. Laym. l. c. n. 5. cum gl. in c. transmissam. de elect. v. de talibus. unde fieri non potest per vicarium Capituli Sede vacante, nisi hic sit Episcopus consecratus, quamvis autem Bonac. l. c. n. 11. probabiliter existimet solum Episcopum proprium esse hujus degradationis ministrum, ita ut ne quidem ex hujus delegatione subditum illius degradare possit Episcopus alienus, etiam si consecratus, eò quòd Trid. dicat: Episcopum per se debere degradare subditum, veriùs tamen censet Castrop. n. 9. contrarium, cum Suar. l. c. n. 18. & Laym. l. c. c. 5. n. 5. & verba illa: per se ipsum: illud solum importare, quòd degradare nequeat per vicariù, qui nò sit Episcopus consecratus.

Quest. 529. Quis modus, seu quæ forma & solemnitates observandæ in ipsa actuali degradatione?

Resp. forma hæc seu solemnitates hæ præscriptæ in c. degradatio, §. actualis verò, de penis in 6. uti & in Pontificali Romano sunt sequentes: primò post decretam per Episcopum coram requiritis assistentibus hanc degradationem coram eodem Episcopo degradaturo induto pontificali habitu in Ecclesia aliòve loco sacro consistente, inducitur degradandus sacris quoque vestibus, ac si celebraturus aliùve actum ordinis sui, à quo degradandus, exercere vellet, indutus, in manibus gerens instrumenta Ordinum, à quibus degradandus. Dein præsentibus Judice sæculari Episcopus publicè auferet singula retrogrado ordine incipiendo ab illo, quod in ultima ordinatione acceperat, usque ad illud, quod in collatione primæ tonsuræ acceperat. Seu porrigi solet; tunc tondetur & raditur illi caput, ne ullum statûs clericalis vestigium appareat, prolatis interea certis verbis, quæ effectum singulorum declarent, & præsentibus horrorem incutiant, v. g. ad ablationem insignium Sacerdotalium dicendo: *anferimus tibi vestem Sacerdotalem & honore Sacerdotali privamus*, ac tandem subjiciendo: *authoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritûs S. & nostrâ tibi habitum clericalem auferimus & deponimus, degradamus, spoliamus & exuimus te omni Ordine, beneficio & privilegio clericali, ac denique sic degradatus traditur curiæ sæculari. Ad hanc verò executionem necessariam non esse præsentiam dictorum aliorum Episcoporum aut Abbatum, quia id nullibi cautum est, sed Episcopum proprium se solo eam facere posse, tenent Sylv. de degradatio. n. 1. in fine. Sayr. L. 5. thes. c. 22. n. 7.*

Suar,

Suar. d. 30. S. 2. n. 6. Laym. in Sum. L. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 4. quos citat & sequitur Castrop. l. c. num. 10. contrarium tenentibus Bonac. d. 4. p. unic. n. 6. Reiffenst. h. r. n. 45. videtur tamen necessaria præsentia Judicis sæcularis, ut Reiffenst. l. c. quamvis Castrop. n. 11. dicat: frequenter fieri hanc degradationem seu executionem præsentie Judicis sæculari, cui degradatus privilegii clericalibus exutus tradatur puniendus, apud quem Episcopus Judex ecclesiasticus efficaciter, id est, serio & ex animo intercedere debet, ut citra mortis periculum sententiam moderari velit, non quidem ad evitandam irregularitatem, quam omisâ illâ intercessione incurrit à Judice ecclesiastico, utpote per traditionem illam degradati, ad apprehensionem & condemnationem illius ad mortem secutam exinde in judicio sæculari cooperante ad illam, & contra illa intercessione interpositâ liberari ab irregularitate ecclesiasticum Judicem non secus ac clericis agentibus in sæculari judicio pro reparatione sibi illati damni ad evitandam irregularitatem necessaria est talis intercessio seu protestatio expressa, se non cupere mortem damnificatoris, volunt Covar. p. 2. in Clem. si furiosus. §. 5. n. 6. Olivafori eccles. p. 2. q. 1. n. 37. Sayr. L. 6. thes. c. 16. n. 4. Avil. de cens. p. 7. d. 5. S. 2. du. 2. Bonac. d. 7. q. 4. p. 1. n. 3. Castrop. tr. 29. d. 6. p. 14. §. 1. n. 1. & alii passim. Nihilominus Judicem ecclesiasticum in traditione degradati omittentem dictam intercessionem absolvent alii, in quorum opinionem propendit Suar. de cens. d. 47. S. 1. n. 12. & quam verisimiliorem dicit Wiefn. h. r. n. 85. tum quia Judex ecclesiasticus clericum degradatum non tam tradit ad pœnam sanguinis, etiam hanc ex hac traditione securitatem cognoscat, quam eum privilegio Clericali exutum & curiæ sæculari subiectum declarat, eaque declaratione factâ, minister sæcularis curiæ eum apprehendit, tum quia intercessionem illam ad irregularitatem evitandam necessariò interponendam, neque *e. novimus. de V. S.* in quo fe fundant adversarii, neque ullo alio canone sit expressum, irregularitas autem non contrahatur præterquam in calibus in jure expressis, quin & in dubio juris, tum irregularitas actu aliquo contrahatur, ea non contrahi censetur. arg. *c. is qui. de Sent. excomm. in 6.* Inquisitoribus verò hæreticæ pravitatis necessariam non esse dictam intercessionem ad vitandam irregularitatem, quia tantum iis prohibita censetur mortis & mutilationis executio, non autem illius sententia, docet Castrop. l. c. citatis aliis, unde & illi instare possunt pro executione sententiæ, casu quo negligentes invenerint Judices sæculares. De cætero Judex laicus, cui degradatus traditus, non potest cognoscere de modo, valore & iustitia processûs, quem Episcopus in degradando Clerico formavit, si materia sit merè spiritualis & actus Ordinis episcopalis. *c. decernimus. c. quanto. c. si Judex de Sent. excomm. in 6.* multoque minus contra degradatum novum processum, si delictum sit merè ecclesiasticum, v. g. hæresis, Apostasia, sacrilega celebratio missæ, aut auditio confessionis Sacramentalis, ut cum communi Abb. in *c. ad abolendam. de heret. n. 12.* Felin. *ibid. n. 5.* Clarus §. *fin. q. 97. n. 7.* si tamen crimen, ob quod Clericus depositus fuit, mixti fori, ita ut de illo per laicum commissio aliàs cognoscere valeat Judex laicus, ut sunt Sodomia, alteratio monetæ, Judex laicus non tenetur stare processui factò, sed, si vult, potest. (non tamen tenetur) novum processum instituere contra degradatum, & eum, prout invenerit, conformiter legibus judicare & punire, ita Reiffenst. h. r. n. 51.

citatis Abb. in *c. 1. de off. Ordinar. n. 14.* Clar. l. c. q. 96. n. 7. Laym. L. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 6. Arg. Novell. 123. cap. 21.

Quæst. 530. Quæ crimina actuali degradationi & traditioni curiæ sæcularis sint obnoxia?

Resp. Pœna hæc statuta Clericis in Sacris constitutis ob quatuor crimina in jure expressa: Primum est hæresis. *c. excommunicamus. §. damnati c. ad abolendam. de heretic. & eod. in 6.* si tamen in ea hæreticus sit contumax, vel in eam relapsus, tamen veli se corrigere, ut Mol. tr. 3. d. 49. n. 15. Barb. de potest. Episc. 3. p. alleg. 110. n. 111. Sayr. thes. c. 22. n. 16. Bonac. d. 4. p. ult. n. 12. juxta *c. ad abolendam. & c. Super eo. de heret. in 6.* Secundum falsificatio literarum apostolicarum. *c. ad falsariorum. de crim. falsi*, nisi fortè Pontifex pœnam mortis commutet in perpetuum carcerem, juxta *c. novimus. §. pro illo de V. S.* Abb. in *c. at si Clerici. de judic. n. 37.* Laym. Sayr. Barb. LL. cit. Tertium Sodomia, non semel, sed aliquoties commissa, ex *constit. Pii V. 70. incipiente: horrendum illud scelus.* in qua omnes clerici sæculares & regulares cujuscunque gradûs & dignitatis (etiam Episcopi & Cardinales) illud scelus exercentes ejusdem canonis autoritate omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, beneficio privantur. Nav. c. 27. n. 249. Diaz. *pract. crim. c. 80.* Barb. l. c. n. 29. Sayr. l. c. n. 12. Castrop. l. c. de Grassi. L. 2. decis. c. 90. Quartum: calumnia & conspiratio in proprium Episcopum, *c. Si quis Sacerdotum. 11. q. 1.* quod tamen intelligendum, si accedat incorrigibilitas, ut cum gl. communiter recepta in *c. si quis sunt. 2. q. 7. v. recuperatores. & in c. novimus. de V. S. v. tradatur.* Abb. in *c. at si Clerici. de judic. num. 37.* Sylv. v. *degradatio. q. 2.* Sayr. l. c. n. 18. Laym. l. c. c. 5. *circa finem.* Barb. l. c. n. 12. Castrop. cit. n. 12. ubi ait: si ob homicidium simplex clericus non traditur curiæ sæculari ab ea puniendus, juxta *c. cum ab homine. de judic.* etiam ob contumeliam & convicium Episcopo irrogatum eidem tradi non debet.

De cætero in eo, tum præter enumerata delicta sint & alia, ob quæ Clericus, maxime Sacerdos & Religiosus, degradari & curiæ sæculari tradi possit, esto, incorrigibilis non sit, non conveniunt AA. negant Diaz. l. c. referens alios, Clarus L. 5. q. 36. num. 31. Bossius tr. *crim. tit. de for. comp. num. 135. & 136.* Scaccia de *judic. p. 1. c. 111. n. 60. & 61.* Sayr. l. c. n. 20. Host. in *c. 1. de homicid. n. 2.* Covar. L. 2. Var. c. 20. n. 7. Fatim. pr. *crim. q. 8. n. 81.* Fagn. in *c. cum non ab hom. Pignat. Tom. 7. conf. 33. à n. 23.* apud Wiefn. h. r. n. 88. Affirmant è contra probabilius, pro quolibet crimine enormi & notabiliter scandaloso Clericum in Sacris constitutum posse actualiter degradari & curiæ sæculari tradi, Abb. in *c. cum non ab hom. & c. at si Clerici. n. 39.* Sylv. v. *degradatio. q. 2.* Tolet. *Lib. 1. c. 50. vers. tertia.* Laym. l. c. c. 5. *in fine.* Mol. tr. 3. d. 49. n. 19. Bonac. de *cens. d. 4. p. unic. n. 6.* Barb. l. c. alleg. 110. n. 13. Castrop. l. c. n. 13. teste consuetudine, cui non obstat textus *c. cum non ab hom.* exigens incorrigibilitatem, cum loquens de delicto quolibet, ob quod plerumque non est tradendus Clericus curiæ sæculari, nisi adsit incorrigibilitas, non tamen prohibet Ecclesiam pro crimine enormi non expectatâ incorrigibilitate reum tradere curiæ sæculari, cum Ecclesia ipsa non habeat pœnam, quam possit imponere tali delicto enormi, censet Castrop. quale quodnam sit, remittendum Judicis